HIERONYMUS
Saint-Amand, Wende 8./9. Jh. Seite 72
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38295
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



Ut omnes in urbe reperiantur. & effugire nequaeant malum.

Uae mihi super contritione mea. pessima plaga mea.
LXX. Uae super contrition & ua pessima plaga
tua. Iuxta hebraico ipsa hierusalem loquitur. quod
uehementer adflicta sit. & plagam sustineat insanabilem.
Iuxta LXX uero proph & a loquitur ad hierusalem. & plan
git eam super contritionem & plaga sui.

Ego autem dixi plane. haec infirmitas mea. e. siue uulnus
meum. & postabo illam. siue ad praehendit me.
Ipsa loquitur hierusalem. Quidquid patior mea culpa pa
tior. Intellego uulnus meum quod ad praehendit me.
siue iram dni sustinebo. Qnm peccaui ei.

Tabernaculum meum statutum. e. omnes funiculi mei dis
rupti sunt. Siue omnes pelles meae conscisse sunt.
Filii mei exierunt a me. siue oues meae. & non sunt.
Non est qui extendat ultra tentorium meum. siue
non est locus ultra tabernaculo meo. & qui erigat
pelles meas. Subuersionem urbis suae tam facile
plangit. hierusalem ut nequaquam murus. & omnia
moenia funditus eruta. sed tabernaculi adque
tentorii ablationem putes. Tabernaculum inquid hoc
est habitatio mea. repente sublata. e. omnes funi
culi mei disrupti sunt. seruat taber naculi.
ΜΕΤΑΦΩΡΑΝ. siue omnes pelles meae conscisse
sunt. filii mei exierunt a me siue & pecora mea.
Quod a LXX additum non stat iuxta historia. In longa
enim obsidione quomodo oues & pecora. auferri
potuerant de hierusalem. Quae & iam si fuissent
famis consumpserat. & non inquid subsistunt
siue non sunt. Neque enim translati sunt in chaldea. Neq:
enim in chaldea. sed magna pars eorum int̄fecta. penitus quae del & a est.

V.